

ET MENSURIS.

ut interpres Nicandri scribit, etiā Metretā
 appellār, uel Cadū, ut & Palēmon ait: nam
 Metreta & Cadus idem sunt, ut ex quorun Metreta.
 dam sententia etiam Pollux refert. Hesychi Cadus.
 us quoq; Amphoram & Cadum interpre-
 tatur esse δ' κεράμιον. Nec me mouet, quod
 in impressis Dioscoridis codicibus libro v.
 ubi de Helleborite uino agit, Metretā Cho
 as i, id est, x. pendere legatur, nam corru-
 ptissimum illum locum quisquis legerit, faci-
 le deprehendet, deesseq; arbitror β . ut scri-
 pserit Dioscorides Metretam esse Choas i β
 id est, duodecim, quæ mensura est Sextario
 rum lxxij. nec ab his quæ cōmuni consen-
 su tradūtur, ex singulari aliquo testimonio
 facile recedendum est, cum maxime lubri-
 cus Græcis sit error, in mensurarum præser-
 tim notis. Apud Syros tamen Metretam
 Sextariorū cxx. fuisse, interpres Nicandri
 scribit, sic ut Medimnum Sextariorum cij.
 apud eosdem, ut opinor, Syros. Censeo igi-
 tur Metretam, Cadum, Medimnū, Ampho-
 ram Atticam eiusdem fuisse ponderis, ut uī-
 delicet Amphorā nostram pendeāt, itemq;
 Urnam. Hieronymus in Esaiam libro se-
 cundo, κεράμιον interpretatur nō Ampho-
 ram, sed Lagunculam, uerum ad formam